



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

139. Eiusde[m] Co[n]cionis pars altera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. <i>Matthæus.</i>	S. <i>Marcus.</i>	S. <i>Lucas.</i>	S. <i>Iohannes.</i>
			dixero vobis. Pacē reliquo vobis, pacē meā do vobis. nō quomodo mūdus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrū, neq; formidet. Audistis quia ego dixi vo bis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad Patrē: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quā fiat: vt cū factū fue rit, credatis. Iam non multa loquar vo biscū. venit enim princeps mūdi huius, & in me nō habet quicquā. Sed vt co gnoscat mundus, quia diligo Patrē: & sicut mandatū dedit mihi Pater, sic fa cio. Surgite, eamus hinc. * 139.

C A P. 139. Et iudem concionis pars altera. iohan. 15. * 138.

S. <i>Matthæus.</i>	S. <i>Marcus.</i>	S. <i>Lucas.</i>	S. <i>Iohannes.</i>
			E GO sum vitis vera: & Pater meus a gricola est. Omnē palmītē in me, nō ferentē fructū, tollet eū: & omnem qui fert fructū, purgabit eū, vt fructum plus afferat. Iā vos mūdi estis propter sermo nē quē locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructū à semetipso, nisi mā serit in vite. sic nec vos nisi in me māse ritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fru ctū multū: quia sine me nihil potestis fa cere. Si quis in me nō māserit: mitterur foras sicut palmes, & arefcet, & colligēt eū, & in ignē mittēt, & ardet. Si māseri tis in me, & verba mea in vobis māserit: quodcūq; volueritis petetis, & fiet vo bis. In hoc clarificatus est Pater meus: vt fructū plurimū afferatis, & efficiami ni mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si p̄cepta mea seruaueritis, ma nebitis in dilectione mea. sicut & ego Patris mei p̄cepta seruauī, & maneo in

S. Mattheus. S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes

eius dilectione. Hæc locutus sum vobis: vt gaudiū meū in vobis sit, & gaudiū vestrū impleatur. Hoc est præceptū meū, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo habet, qui animā suā ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego scripsi vobis. Id nō dico vos seruos: quia seruum nescit quid faciat Dñs ei⁹. Vos autē dicitur amicos: quia oīa quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. Non vos elegistis, sed ego elegi vos: & posui in vobis vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcūq; petieritis a Patre in noīe meo, det vobis. Hæc mandata dedi vobis, vt diligatis inuicē. Si mūdus vos odit: scitote quia me priorē vobis odit. Si de mūdo fuissetis: mūdus qui suū erat diligeret. quia verō de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mūdus. Meministis sermonis mei quē ego dixi vobis, Nō est seruus maior dño suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. si sermonem meū seruauerūt, & vestrū seruabūt. Sed hæc oīa faciēt vobis propter nomē meū: quia nesciunt eum qui misit me. Si autē venisē, & locutus fuissē eis, peccatū nō haberēt: nūc autē excusationē nō habent de peccato suo. qui me odit, et Patrem meum odit. Si opera nō fecissē in eis quæ nō alius fecit: peccatū nō haberēt. nūc autē & viderūt & oderūt & me & Patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in legē eorū scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cū autē venerit paraclētus, ego mittā vobis à Patre, spiritū veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecū estis. * 14

S. Mattheus

S. Lucas.

S. Marcus.

S. Iohannes.

HÆC locutus sum vobis, vt nō scā-
dalizemini. Absq; synagogis facient
vos: sed venit hora, vt omnis qui interfici-
cit vos, arbitretur obsequiū se præstare
Deo. & hæc faciet vobis: quia nō noue-
rūt Patrē, neq; me. Sed hæc locutus sum
vobis: vt cū venerit hora, eorū remini-
scamini, quia ego dixi vobis. Hæc autē
vobis ab initio nō dixi: quia vobiscū erā.
Et nunc vado ad eū qui misit me, & ne-
mo ex vobis interrogat me: quō vadis?
Sed quia hæc locut⁹ sum vobis, tristitia
impleuit cor vestrū. Sed ego veritatē di-
co vobis. expedit vobis vt ego vadā. si
enim nō abiero, paraclētus nō veniet ad
vos: si autē abiero, mittā eū ad vos. Et cū
venerit ille, arguet mundū de peccato,
& de iustitia, & de iudicio. de peccato
quidē: quia non credunt in me. de iustitia
verō: quia ad Patrē vado: & iā nō videbi-
tis me. de iudicio autē: quia princeps hu-
ius mundi iā iudicatus est. Adhuc multa
habeo vobis dicere: sed nō potestis por-
tare modō. Cū autē venerit Spiritus ve-
ritatis, docebit vos omnē veritatē. non
enī loquetur à semetipso: sed quæcunq;
audiet loquetur, & quæ vêtura sunt an-
nūtiabit vobis. Ille me clarificabit: quia
de meo accipiet, & annuntiabit vobis?
Oīa quæcunq; habet pater, mea sunt.
Propterea dixi, quia de meo accipiet, &
annuntiabit vobis. Modicū, & iam non
videbitis me: & iterū modicū, & videbi-
tis me: quia vado ad Patrē. Dixerūt er-
go ex discipulis eius ad inuicē, Quid est
hoc quod dicit nobis: modicū, & nō vi-
debitis me: & iterum modicum, & vi-
debitis me, & quia vado ad Patrem?
Dicebant ergo, Quid est hoc quod di-
cit, Modicū; nescimus quid loquitur.